

obnixe persecuti sint, poenae videantur quodammodo destinati, dum singulis crimen aliquod et invidia conflatur.

Strangulatos maluit dicere. Frgm.
I

5 Adfectata et oratoria quadam calliditate hoc uti verbo Decimum Laelium accusatorem voluisse denotat Cicero, ut memoriam videlicet eorum resculperet, qui cum Lentulo in carcere poenas dederant post indicia litterarum.

10 Quid sibi meus necessarius Caetra voluit? Frgm.
II
Subscriberat hic inter ceteros Decimo Laelio accusatori.

Quid vero Decianus? Frgm.
III

Et hic subscriptor fuit, Apulei Deciani filius iam
15 nuper damnati, cum tribunus pl. esset et in ultionem Apulei Saturnini nec minus etiam C. Servilii Glaucia multa improbe seditioseque committeret: quam tamen damnationem passus in Pontum se et ad partes Mithridaticas contulit. Quo ipso infamiam generis eius per-
20 stringit orator, ut imitatus quodammodo patrem omnia pro hostibus sentire videatur.

Utinam esset proprie mea! Senatus igitur Frgm.
IV
magna ex parte.

Mire hic respondit ... Remotionem facturum in auctori-
25 tatem senatus, quo decernente puniti sint Catilinae socii, amplectitur quoddam votum, quasi potuerit etiam gloriose confiteri auctorem se illius fuisse supplicii; magis enim ex hoc remotioni firmitas acquiretur, si potuerit esse etiam ipsius de se laudanda confessio.

30 Dii, inquam, immortales! Lentulum ... Frgm.
V

(Desunt IV paginae.)